HAIMO ALTISSIODORENSIS

3. Viertel 12. Jh.

Seite 245v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



rentia offert. Hoc autem quod sepe angelis iohi. fuerit predicatum et multa etiam in
hoc libro reperiuntur prophetarum uerbis similia. Hanc integri uersus
esaie et Zacharie aliique prophetarum ibi reperiuntur. Vnde et. Videbit
unquem transfixerunt. Et dicit. He signaueris uer-
ba prophetie huius. Quare hic dicit ne signaueris uerba prophetie
huius. ne sigillaueris ne clauseris uerba libri huius cum in medio
huius orationis serie dictum sit iohi. signa quae locuta sunt septem tonitrua et noli eam scribere. Quia uidelicet malis et contemptoribus
signanda et claudenda atque abscondenda sunt diuina mysteria.
Vnde et. Nolite sanctum dare canibus et ne miseritis margaritas uestras ante
porcos. Fidelibus autem manifestanda sunt diuina eloquia. Vnde dns
dicit. Vobis datum est nosse mysterium regni dei. ceteris autem in parabolis.
Dicit itaque propter infideles. signa quae locuta sunt septem tonitrua et noli
eam scribere. propter fideles autem scribe quae uides et ne signaueris uerba
prophetie huius. Vel certe quod in principio huius reuelationis dicit iohi.
scribe quae uides. et quae uisuris es. in medio autem signa quae locuta sunt
septem tonitrua. atque in fine ne signaueris uerba prophetie huius potest
intelligi quod ipse sese predicit primo tempore quosdam in ecclesia
futuros. qui cum gaudio et auditate recepturi erant dni sermo-
nem. deinde etiam quosdam futuros in quibus habundat iniquitas
et refrigescit caritas. qui potius uerbum dei contemnunt quam
suscipiant. extremo autem apparuit in iudicio erunt itemque non solum gen-
tiles sed etiam iudei. qui cum maxima auditate uerbum dei suscepturi sunt
predicantibus helia et enoch. ceterisque predicatoribus. Quia quidem in primo
et ultimo tempore fideles fuerunt siue futuri sunt uerbum dei cum
gaudio recipientes. bene in initio istius libri dicit scribe
quae uides et in fine ne signaueris uerba prophetie huius. At
quia in medio multi sunt contemptores uerbi dei congrue quod
hic in medio dicit. Signa quae locuta sunt septem tonitrua et noli
eam scribere. Tempus enim prope est. Hoc ad illud pertinet ne signa.

quod premisit